**A**gnā est arietis filia que minoris est corporis pariter et roboris q̄z sit agnus et minoris caloris et maioris humiditatis q̄z sit agnus rōe feminē complexiōnis. ut dicitur in die⁹. cui⁹ caro dum est lactās maioris est viscositatis propter humiditatis superfluitate⁹ tam ex etate q̄z ex complexione eius corpori dominat. et id quod ex eius carne generat flegmaticum est et viscosum ac difficulter digerit et digestū a membris viri dissoluitur rōe viscosi et glutinosi humores qui inde generat. a stomacho tamen facile descendit rōne sue lubricitatis et humoris. ut dicit ysa. et ei⁹ carnes meliores sunt assatae q̄z elire quia consumit superflua earum humiditas viscoloris. Majoris tamen simplicitatis et timiditatis est agna q̄z agnus q̄z minoris habet caloris naturalis femina q̄z masculus. et ideo minor⁹ est animosa propter quod etiam caret cornibus quod essent ei superflua cum propter defectū audacie eis nesciret vni. ut dicit glo. auic. dicit etiā aris. li. viij. Agnus accidit egritudo quā nimis impinguat

circa renes. quod si opiant se propter renes moruntur et multiplicatis se propter bona pascua. et iō arcenā pascuis nemis impinguantur. quod resup⁹ de ore.

De apro Ca.VI.

**P**er est porcus silvestris vel agrestis quod sevissimum est et immutis. ut dicit glo. lib. li. xii. ca. i. et videtur aper quasi a feritate. quia sibi quantum titatē sui corporis ferus est et crudelis. unde et apud grecos aper flagres. id est ferus vulgariter nuncupatur. Dicitur autē a latinis verres eo quod grandes habeat vires sicut ideo dicit ibidem. Secundum autē pli. et auic. Aper est animal valde seuī quia viri castrat⁹ se exhibet mansuetū. cum cetera animalia ablatis testiculis ampli⁹ mansuescunt. Aper igitur in ps. lxxix. dicitur singularis ferus. quia culmis perfecte productis audacior factus segregat et seorsim se a grege singulariter querens pastum. Est itaque aper tantē feritatis quod etiam mortem pugnans pīra venatoris ferrū intrepide se infigit. et etiam tam trāssirū pīra sibi resistente vires recolligit ut culmis vindi cets se aduersario. etiā in mortis piculum pīra hostis venabulū mira audacia se exposuit. culmos duos habet in ore adūcos fortis et acutus cuj⁹ omne sibi resistens secat crudeliter et dilaniat. Culmis autē ut pī gladio ad pugnandum. in latere dextro habet os diuissimum latum et spissum quod semper opponit venabulo pīsequētis. nam osse illo pī clipeo ad se pīgēndū vītū sentītib⁹ iminere bellum acuēdo culmos pī arbore eos fricat. et sicut hebetatā acies habent pī fricando ad arborem ipsos pībat. si senserit hebetatos origanum quod rit et masticat cui⁹ virtute culmos radices mūdificat et fortat. ut dicit auic. Pli. in lib. xviii. ca. x. dicit quod vīna apri medet vicijs aurum si cū oleo rosaceo misceat. Sicut ei⁹ fel valet pīra calculum. ut dicit glo. lib. xviii. ca. xl. Et ē eiuta gūis sua vīna ut nūl egesta fuerit. surgeret non possit in uno opprimi ut defunctus. nam exuri tradunt et vīna. Itē idē ad coitū stimulat felapunū. Dicit etiā idē li. v. porc⁹ agrestis mīlū diligat radices et culmis icidit

terrā et fodit et scindit radicem culmo et ipu-  
guatqñ quiescit p sepiē dies et marie qñ pa-  
rum potat et pliat cum lupo qripm odit na-  
turaliter. nā lupus insidiat filijs suis et sepi-  
us rapit eos. et iō vt dicit idem li. xiiii. **H**edit  
natura apro culmos ad defendendū feias et  
filios suos. qz femine sunt debiliores in se et pe-  
ioris cōplexionis. nam mares sunt audacio-  
res et vires bñt femine fortiores. **F**emina tñ se  
vit irata et fodiendo ledit et dentib⁹ morden-  
do et dilaniēdo. **A**per vero ledit culmis sursum  
feriendo. et ideo parū potest ledere pstratum et  
iacente. et femina parū ledit stante et dñ aper  
irascit et pugnat spumatore. **S**imiliter duz  
luxuriat cum vrore. **D**ia supradicta recitat  
pli. et addit iam dicens in li. viii. ca. ii. vbi dicit.  
**A**pros et alios porcos dentatos nasci enig-  
diu stradit. **I**n est aut̄ maribus ap̄is maria  
aspitas et feritas animi qñ sunt in amore. qz  
tunc p vroxib⁹ atrociter pugnant vngulis  
terrā scalpunt setas erigunt. culmos vibrant  
et quacunt. et horrendo gemiu furiā pectoris  
tunc ostendunt. parū etiā tunc comedunt. di-  
scurrunt post feminas. et iō attenuant pluri-  
mū et macrescunt. **I**n horrendis et vmbrosis  
vallib⁹ et nemorib⁹ mäsiones querunt vbi cu-  
stodiunt fetus suos. de radicib⁹ et arboz silue-  
strium fructib⁹ vivunt. qñ venatoz insultus  
vel lupoz impetus p̄sentunt filios suos pre-  
cedunt et eis nō patet locus fuge. p filiorum  
defensione piculose exponunt. qñ debet dimi-  
care attritu arboz indurant costas suas et se  
inuoluunt in luto et desiccant ad solem et inē  
pilos laru zglutinat et inuiscant. vt sic securi-  
us aduersarioz ictus sustineat in confictu  
**A**risto. li. vi. **F**emine aprorū post ptum sunt  
aspere et crudeles. et crudeli morū filiorum  
suoz dilaniant inuasores. **H**ucusqz pli. **E**st  
autē caro aprina vt di. ysa. magis sicca et mi-  
nus frigida qz porcina domestica. et hoc ē p-  
pter moris sui p̄tinuitate et virtus siccitatez  
et aeris cui p̄tinue exponit caliditatē. iō eius  
piguedo est durior et caro delicatioz ad edē-  
dum et ppter hoc verres domestici vebemē-  
ter agitan et verberant anteqz occidan̄ ut  
eoz carnes teneriores et sapidiores ex mor-  
violentia efficiant. **D**e apro etiā di. dyaf. qz

eius simus desiccatus et cū vino et aqua bibi-  
tus efficientib⁹ sanguinē singulare est reme-  
dium. **A**teris dolores cū acetō curat fracta  
ossa p̄solidat et p̄firmat. quere infra de porco

**C**Be asino **Ca. VII**

**H**inus a sedendo  
**A**est dictus quasi assedus qz homines  
sup asinos sedebat anteqz vsluz eq-  
rum haberet. vt dicit **I**sid. li. xii. animal quip-  
pe est simplex et tardum. et iō fuit defacili sub-  
iectum buianis virib⁹ et pstratum. vel dñ ab  
a qd est sine et sinos qd est sensus qsi animal  
sine sensu. inde dñ asellus. i. iunenis asinus q  
pulcrioris est forme ac dispositionis. qñ eta-  
te est tenellus qz qñ senex efficit et antiquus  
nam quanto magis fit annosus tāto plus q  
tidie fit deformis hispidus et villosus. est au-  
tem animal melancolicū frigidū. et siccum  
et iō naturaliter ponderosum tardū atqz pi-  
grum stolidū et obliuiosum. et oneriferus est  
et patiens labors vili et modico vtenis cibo.  
**I**nter tribulos enī et spinas ac carduos car-  
pit cibum suū. et iō dicit **A**ui. li. viii. **S**imili-  
ter aris. qz asin⁹ minutus aub⁹ int̄ spineta et  
cardineta n̄dificat⁹ est exosu et iō minu-  
ti passerel pugnat p̄ enī. qz comedit spinas in  
qb⁹ n̄dificat⁹ passerel illi. et p̄fricat se ad spias  
illaz vñ caduit pulli eoz passerel suue oua. et qñ  
asinus rudit ex elevatō capitit et forti flatu  
mouenī spine et ex horrendo sonitu seu rugi-  
tu terrentia uicule et fugiunt de nido suo. et p-  
pter ista saltant matres sup ipsius faciem et  
impetu eius oculos atqz p̄curuit rostro suo  
et libabat asinus vulnus in dorso vel in late-  
re ex spinarum p̄nictura vel quacunqz ali-  
a de causa pungenteū cuz rostro suo in vul-  
nere vt recedat a loco nidi sui. et cū talis pas-  
serulus habeat corpus minutissimum vir po-  
test asinus se defendere contra eius impetu  
atqz morsum. dicit etiam arist. sicut et au.  
qz coruus valbe odit asinum et iō volat sup  
ipsuz et temptat tangere oculos suos rostro  
suo. sed iuuat asinum. p̄funditas oculorum  
et spissitudo corij ciliorum quib⁹ cōtra mor-  
sus aurium claudit et tegit vslum suum ei et  
am cooptat p̄ceritas aurium et mobilitas

# Liber

## XVIII

cum quib<sup>z</sup> terret auiculas qn̄ infestat vñsuz suum. **I**te aris. li. viii. Ursus pugnat cū asino et bauro qnā comedit crudas carnes et h̄ est causa quare pugnat p̄tra eos. quoniam eoz carni<sup>b</sup> appetit laciari. **D**e asinis autem dicit pli. li. xviii. ca. xl. vngule asinine sumigate ptum ad iuuā tantum ut etiā ab olsus euoceat. nec alit debet addi q: viuū ptū necat si diu et freq̄nter apponant. eiusdē aimalis fū mus recens sanguinis p̄fluiū mire sedat. **E**ius iecur valet p̄tra caducos morbos puulo rum. pli. li. xxviii. c. x. lac asine sicut et sanguis valet p̄ morbum scorpionis. **G**ijs etiā asino dixerit in aure se p̄cussuza scorpiōne trāstire p̄tin<sup>b</sup> malum dicūt. a facie etiā sumigatōis pulmonis asini fugiunt oia venenata. dicit etiā in eodē ca. ix. lac asinīna valet p̄ gypsum venenosuz. **C**eruſam vñ argenteū viuū. **I**tez li. ix. ossa asini p̄trita et decocta valent contra venenū si eoz decoctio bibat. **I**te verna mas ris asini cū nardo capillos multiplicat et co seruat. **D**e asinis aut̄ dicit pli. li. viii. ca. xlviij. asin<sup>b</sup> est aīal magni frigoris impatiēs. et do in frigidis regionib<sup>z</sup> vt in ponto nō generat. **I**te dicit aris. cum asin<sup>b</sup> sit multe frigiditas et siccitatis. mltē tñ est luxurie. sed nō mouet ad coitū ante qz sit triginta mensuū etate sed nō generat ante qz sit tres anni cōpleri aut duo et dimidi<sup>b</sup>. vñ di. pli. ibidem. ptus asina xxx. mense est occlissim<sup>b</sup>. sed a trimatu legitimus. **I**dem di. arist. li. v. et subdit pli. raro gemitos parit et qn̄ fetum est putura lucē fugit et tenebras qrit. ne ab boie videat. ptum suū amore nimio diligit intantuz et etiā pignes ad fetū vadit. aqua transire et pedes in eis tingere multū boret. et qn̄ cogit aquā vñ riuum euadare in ipso mingit. nec trāseunt asini voluntarie p̄ potes ubi p̄ planicies pontis p̄nt videre aquā defluente. debile enī habet cerebrū et patiunt̄ defacili vñginē p̄p̄t quod timet p̄ rimas pontis cadere in aquā quā spiciunt sub ponte trāseuntē. nec bibunt defacili nisi assuetos fontes q̄ sunt in pecuariis ad quos p̄nt ire sicco pede. et qd̄ mirū est dictu qz̄ suis multū sūtiant si mutent aque ei vir potant nisi sint illis similes qz̄ freq̄ntāt. **I**tez pli. li. xxviii. ca. vii. si asina comederit ordeum

intinctū sanguinem menstruali tot ānis nō copiet quot grana comedit sic inticta et ex asino et equa mulus gignit. sed ad tales ptus eli gunf eque q̄ neqz quadriēnib<sup>z</sup> sint minores neqz decēnib<sup>z</sup> maiores. nec cōmiserit passiz ad inuicē. **H**ox aīalū duo s̄ genera. s. equ<sup>b</sup> cū asina. et asin<sup>b</sup> cū ipsa equa. imo vñ gen<sup>b</sup> ab alio se cobercat nisi in infantia lacte bauisto mutuo nutriant. et p̄p̄ hoc pastores mu los vel burdones ex disparib<sup>z</sup> aīalib<sup>z</sup> gigni cōpiētes dicunt vñ ista arte. nā iuuenē eoz pullos in tenebris subiçūt vberib<sup>z</sup> asinariū et enutrūt eos lacte asinino. et tales pulli eq̄rum adulti iam effecūt ad asinaz p̄unctioez tpe coit<sup>b</sup> cōmouenit s̄līr pullos asinaz i tenēbris subiçūt māmis equaz et selli tali lacte iūmētū nutriti eq̄s inuadūt qn̄ adoleſcūt. **E**t alii asini et eque cōmitione generali aīal qdā qd̄ antiqu vocabāt bynnulū als bumū. nos aut̄ dicim<sup>b</sup> eū burdū. sicut genituz ex asino et equa dicūt mulū. **A**ris. aut̄ li. xv. si asinus coeat cū equa imp̄gnata eque corrūpt̄. p̄ceptus p̄p̄ frig<sup>b</sup> spermatis sui. sperma enī asinorū est frigidissimū naturaliter et materia eoz. materia aut̄ eque est calida. etiō qn̄ miscet calidū cum frigido sit t̄pamentū. tūc ex eis p̄t fieri cōcepius et saluari fetus. qn̄ sc̄z equi asinorū feis cōmiserit. s̄līr qn̄ eque asini marib<sup>z</sup> supponunt. sed fili<sup>b</sup> aselli et eque sc̄z mulus nō p̄uenit generationi. nā vñiūlū qz̄ parētis frigiditas sc̄z naturalis et cōplexionalis in ipso bñat. tūc ex mulis aliud non generat vt di. idem. **I**te ibidem dicit idē. si asina cōcipit ab equo subsequēt asini coit<sup>b</sup> cū eadem facit eā abortire. cui<sup>b</sup> rō est vt di. auī. q̄ frigiditas semis asinini supuenitētis corrumpt̄ et deſtruit t̄pantium seminis equini p̄cedentis. et semen asini frigidū est ex cōplicatione et ex sexu et corrumpt̄ semen eque ad t̄pantium disponētis. vñ qn̄ supuenit subito asini semen naturaliter sive cōplexionaliter frigidum cū frigiditate sexuali intensa frigiditas te corrumpt̄ p̄cedentis t̄pantium ex calido equi semine et frigido asine introducea. et ista est rō quare ois mul<sup>b</sup> vñ mula ē sterilis. vt di. auī. qz̄ in patre multi sc̄z i asino est excessus frigiditatis complexionalis. et in matre sc̄z in equa

Capitulum. VIII

**A**nguis uocatur  
Homne serpentini gen<sup>o</sup> qd<sup>o</sup> torqri  
xplicari pōt. Et hē anguis ē di-  
ctus qd est angulosus et nunqz incedit rectus  
vt di. Ili.li.xij. et d<sup>r</sup> anguis serpēs. eo qd in oc-  
cultis accessib<sup>o</sup> serpit. nō ei aptis passib<sup>o</sup> sed  
minutissimis lqmay nūlib<sup>o</sup> siue piracib<sup>o</sup> re-  
pit. et cōputat inē reptilia eo qd pectore et ven-  
tre repat. vt d. Ili.li.xij. Dicit enā colubere eo  
qd colit umbras. vel qd in lubricos pirac<sup>o</sup> et  
flexuosos labit. nam anguis labit duz tenet.  
Sunt anguiū seu spētū mīta gna et qd s<sup>e</sup> gna  
tot sunt venena. tot pnicies qd spēs. tot dolo-  
res quot colores. vt di. Ili.li.xij. Et sicut diffe-  
runt angues in quātitate ita in veneni malis  
gnitate. sunt enim qdām angues maximi. vt  
dicit pli. lib. viii. ca. xvi. Scribit inq̄t megeste  
nes in india serpentes in tāta magnitudine  
coalescere ut integrōs denarent ceruos atqz  
ibauros. vñ et punico bello iuxta flumē bra-  
gadama regulo impatore infectus est cum  
balistis et tormentis vñ anguis. cxix. pedes  
bñs lōgitudinis cui<sup>r</sup> pellis et maxille fuerūt  
suspenſe ante qdāz templū rome et duraue-  
runt vñqz ad bellū numātinū sub claudio ce-  
fare. In italia fuit qdām serpens infectus in  
cui<sup>r</sup> alio qdām puer integer est reptus. et ta-  
les serpentes marie ledunt nūc morlu. nūc fla-  
tu. nūc cande icu. nūc tortura. nūc pūctura  
nūc aspectu. Sunt et alij serpentes ita exigui  
qdēm corpe. sed maximi sunt nocendi pītate  
diplaseni serpens est vt di. Ili. tāte exigua-  
tis vt cū calcat vix videt. cuius venenu extin-  
guit ante qz sentiat nec inducit irsūcā mori-  
turo. Un poeta lucan<sup>r</sup>. Signerū inuenez  
tireni sanguis album. Torta caput retro di-  
plas calcata remordit. Alix dolor aut sensus  
dentis fuit z. Ita dicit Ili. similitū tūrus mini-  
mus est serpentulus. et tamen vt dicit aristō.  
libro. vii. contra ei<sup>r</sup> morsum vix invenitur re-  
medium. et differunt in figura et dispositōne  
nam alij habent duo capita vt amphibibena.  
de quo Ili.li.xij. dicit. Amphibibena est dicta.  
eo qd duo habeat capita. vnum in principio  
aliud in cauda. currens ex vtroqz capite tra-

remissus est calor rōne sex<sup>r</sup>. et iō qd quis calor  
seminis matris sc̄ eque tpet semen frigiduz  
asini ut animal generet. in genito tñ remanet  
generantiū pōdominās frigiditas que natu-  
raliē disponit ad sterilitatē. Est autē qdāz spe-  
cies asini que d<sup>r</sup> indicus asinus bñs in capi-  
te in medio frontis cornu vnū. et non habet  
nisi vngulā vnā in quolibet pede. Omne ēi  
animal bñs duo cornua bz in pedib<sup>o</sup> vngu-  
lam sc̄issam. et iō asinus indicus non bz nisi  
vnuz cornu. qd vngulam nō findit. vt di. aris.  
li. ii. nō tñ omne animal findens vngulā habet  
cornua sed poti<sup>r</sup> ecōuerso si bz cornua findit  
vngulas. vtz in ibauro. ceruo. oue et hmōi. vt  
ibidem dicit aris. Itē dicit aris. li. vij. asinus et  
mulus sicut equ<sup>r</sup> comedū fructus et pascūt  
herbis et impinguant ab aqua et diligūt plus  
aquā turbidā qz claram. Vacca autē ecōuer-  
so plus diligit aquā claram qz turbidā. Itē  
aris. li. eodē. asini in maiori pēinfirmitat vna  
infirmitate. et d<sup>r</sup> milide. et est hec infirmitas  
pus i capite et currit a narib<sup>o</sup> fleuma multū  
calidū. et si descederit ad pulmonē asin<sup>r</sup> mo-  
riet. et hoc aial sentit frigus plus omni aiali.  
et ppter hoc nō inuenit in tra septēriōis. Sunt  
autē vt dicit idem spondilia dorſi asini forno-  
ra et nervis fornoribus cōpaginata. a pte po-  
steriori circa clunes. i. renes qz a pte anterio-  
ri. et iō in ipius dorſo poti<sup>r</sup> circa renes qz cir-  
ca bumeros grauiora onera imponūt. post  
eqnocium vernale mouet ad libidinē et iūc  
rudit horribiliter et terribili tonitu seminam  
excitat ad amorem. ventū autē odo rēfemē eius  
narib<sup>o</sup> deferentē attrabit. et ei<sup>r</sup> attractu ad li-  
bidinis desideriū inardescit vt di. pli. illias  
siqdēm bz asinus pōtiones miserias omni-  
bus fere notaſ. nam sup̄ vires laborib<sup>o</sup> expo-  
nit. fuste cedit. stimulo pungit. chamo os ei-  
us p̄stringit. bincinde circūducit. et eiusdem  
chami refienaculo ab ill<sup>r</sup> pascuis p̄que trālit  
sepius coeret. post labores cassos i sine mor-  
it. nec p̄ pcedētis laboris seruitio post mor-  
tem saltē ei cuius dimittū bz auferit et cadauer  
sine sepultura aeri exponit nisi inquantū in  
canū et lupoz ventrib<sup>o</sup> deuoratōnis gratia  
aliquotiens sepeſit.

Be angue

ctu corporis circulato. bec sola serpentū frigori  
se comunit pruina omni pcedens. Itē etiam  
dicit pli. li. viii. c. xxiij. babet inquit amphibe  
na duplex caput tanq; parum esset vno ore  
venenū fundi. sunt etia zaliq serpentes babē  
te s̄plura capita vel duplicata vel triplicata  
vñ quadruplata. sicut idem dicit Ili. ydra est  
serpens multorū capitum qualis apparuit in  
puincia archadie in palude. et dr q̄ vno ceso  
tria capita crecebant sed hoc fabulosuſ est  
nam cōstat ydram fuisse locum euomentez  
aquaſ vastantes vicinā ciuitatem in q̄ vno  
meatu clauso multi crumpebat. Q̄bhercu  
les videns loca exulſit. et sic clausit meat⁹ aq̄  
et p tanto dr hercules ydram serpētem qnqz  
capitum occidisse. vt di. Ili. li. xij. Item diffe  
runt serpentes in coloris varierate. nam qui  
dam sunt nigri. et qdam sunt rufi ut tirus. et  
illi sunt pessimi. et qdam maculosi sicut scuta  
lis serpens qui vt dicit Ili. tanta pſulgetter.  
gi varietae vt notarum gratia in sui admi  
rationē inducat intuētes. et q̄ reptando est  
pigrio. et quos assequi nō valz miraculo sui  
stupentes capit. et quanto magis est discolor  
tanto est deterior. q̄ eius venenum acutissi  
mū et calidissimum esse dr. Nam ille idem an  
guistauſ est feruoris vt enam hyemis tpe  
eruuiſ eius de corpe deposita ſint feruentes  
Vñ lucanus. Et ſcutales ſparsis etiam nunc  
ſola pruinis. eruuias poſitura ſuas. vt dicit  
Ili. xc. Silt ophites est serpens maculis de  
pictus q̄ tot babet nocendi modos quoſ ba  
bet colores varios et distinctos. vñ lucanus  
Quā paruis pictus maculis ibeban⁹ ophi  
tes. Concolor eruſt ſc. Item differunt in loci  
et ſitus diuerſitate. nam qdam latuant in ca  
uernisterre et lingunt puluerem et ſugunt ter  
re humorilitatē vt di. pli. Alij ſunt aquatiles  
q̄ in aquis et aquarū ripis cōmorant ut eni  
bris serpēs aquatilis a quo pculsi obturge  
ſcunt in ydropiſum. quā multa bouam vocat  
q̄ ſimo bouis remedieſ. vt d. Ili. li. xij. Sumi  
luter est rinatrix serpēs dicit⁹ veneno aquas  
inficiens. omnē enī fontem in quo fuerit ve  
neno inficit. vt dicit lucan⁹. rinatrix violatrix  
aque ſc. Ili. li. xij. Alij morant in ſiluis et ſpe  
cibus umbrosis quoꝝ penationes ſunt vo

lucres et bestiole minores quarū ſugunt bu  
miditatē. vt di. Iristo. li. xiiij. et tales serpē  
tes inſidianſ dormiētib⁹ et si aliquorū homi  
num vel aliorum aialium orificia inuenērēt  
apta illa ſubintrant diligentes calorē quem  
inueniūt ibi piter et humorem. ſed contra ta  
les angues pugnat laura bestia ſc; modica.  
id est lacertula. Nam ſentiens laura ſerpen  
tis pñtiam ſaltat ſup faciem dormiētis ſcal  
pens pedibus. vt eum exciter et p̄muuat cō  
tra anguem. vt di. aviē. Eſt laura vt d. Ili.  
li. xij. lacertus qui qñ ſenescit eius oculi exce  
cant et tunc intrat foramen parientis aperies  
oculos p̄tra orientē et orto ſole intēdit et illu  
minat. Hicunt aut̄ quedā anguium ſpecies  
habitare in igne. vt in ſalamandra que nomi  
natur ab Ili. et pli. inter venenosa. ſalamandra  
enim. vt dicit Ili. li. xij. eſt nominata eo q̄ va  
lens ſit et potens cōtra incendia cuius inter  
oia venenosa viſ maria eſt. Cetera enim ve  
nenosa ſingulos feruūt. bec plurimos ſimul  
intermit. nam ſi arbori irrepferit oia poma  
infici et eos q̄ ea ederint pimunt et occidunt. ſi eu  
am in puteo cadat potates inficit viſ vene  
ni. Ista qđem p̄tra incendia repugnā ſola  
inter aialia extinguit ignes. viuit etiā medijs  
flammis ſine p̄lumptione piter et dolore. nec  
aduſtione ab igne recipit ſed ip̄m incendiū ſi  
mitigat vñ extinguit. vt di. ibidem Ili. Idem  
poia dicit pli. li. r. c. xlviij. ſalamandra inquit  
eſt ſili lacerte in figura. niq; appetet nli qñ  
multū pluit. i ſerenitate deficit. huic ē tāt⁹ fri  
giditatis rigor ut ignem extinguat ſicut gla  
cies. Nactea de ore ſaniem euomit ex cui⁹ cō  
tactu corpus hois pilos p̄dit. quod inde cō  
tactum eſt in colorē vergit turpissimū. Itē  
differunt in incessuſ qualitate. nam quidaz  
ſerpunt flexuole ſempſue tortuole et qdam  
ſemp recte ſicut dicit Ili. li. xij. centris inq; eſt  
ſerpens inflexuolus q̄ ſemp rectū efficit iter  
ſicut dicit lucan⁹. Eſt ſemp recto lapsurus li  
mite centris. Silt aliquis incedit curu ſup  
pectus et aliquis incedit a pectore ſursum re  
ctus. ſicut qdam ſerpēs aquatilis et terren⁹  
noiē chlidros. q̄ per locum p̄ quem labit ex  
pirat virus et fumare facit ſicut dicit lucan⁹  
Tractiq; via fumātē chlidra. Bsp ambulat

Directus et erectus capite. nam si tollerit dum  
cucurrerit statim crepat. ut dicitur. **I**li. li. xij. Item  
differunt in velocitate et in tarditate. Nam quodam  
sunt valde tardi motus ut scitalis de quo supra di-  
ctum est. et quodam sunt ita veloces incessus et  
leuis motus quod volare videntur. ut serpens quod  
iaculus volat ut iaculum. exilit enim de arboribus et  
duo aliquod aia obuium fuerit iactat se super  
ipsum permutans. Unde et iaculi sunt dicti ut  
dicitur **I**li. Sunt in arabia sunt serpentes cum aliis  
qui a multis sirene vocantur. que plus currunt  
quam equi. et ideo volare dicuntur quoniam tantum est  
virus ut mortuum animus sequatur quam dolor.  
ut dicitur ibidem. Item differunt in maligna sa-  
citate. vix in ceraste serpente cornuto quod se ab-  
scondit sub arena et ostendit cornua sua. ut ex  
eorum ostentatione allicit velut ad escas besti-  
as siue aues. cornua ei babet ad modum ari-  
etis que nuda super arenam et directa dimittit  
ad quodum volucres vel animal accederit non  
ipsius arietem sed virulentum anguum perperi-  
enniam comprobabit. Sunt boas anguis ut  
dicitur. **I**li. immensa mole in ytalia sequitur greges  
armentozy et bubalos et callide uberioris  
guis lacte se innescit et lugens intermitatque  
inde a boum depopulacione nomen accepit  
boas. ut dicitur **I**li. Multa sunt alia noia ser-  
pentum et genera ut aspides vipere et dracones  
de quibus postea dicetur. Sed ut dicitur. **I**li. li. xij. talis  
est numerus mortuum quantum et nominum  
Generaliter omnes angues per maiorem partem  
frigide sunt nature. nec defacili percutiunt nisi cuicunque  
calescant. Nam quoniam sunt frigidi nullum tan-  
gunt. et ideo eorum venena plus nocent de  
die quam de nocte. serpentem enim noctis algore et me-  
rito quam frigidi sunt nocturno rore. In byeme  
in nodos se prouoluunt et serpentem. iestate se dis-  
soluunt et in malicia multum vigent. Vnde est quod  
quoniam veneno serpentis percutitur. primo obstu-  
pescit et postea ubi in eo calefactus virus exar-  
serit statim insicit et extinguit. Etio dictum  
est venenum. quod per venas vadit cuius pestis dif-  
fusa per corpus aiam exigit de corpore et expellit  
nec potest ledere nisi quoniam sanguinem tangit. unde lu-  
canus. Mortalia serpentum est admixtio sanguinis  
pestis. ut dicitur **I**li. et subdit. omne venenum fri-  
gidum est. et anima que est ignea sugit ve-

nenum frigidum. Inter bona autem nature que  
homini et bruius sunt communia vivacitate  
quodam sensus anguis precellit. Legit in genesi.  
Serpens erat callidior omnibus animalibus tre. **I**te  
dicitur autem pli. ut idem recitat **I**li. quod caput ser-  
pentis si cum duobus digitis euaserit nibilis  
minus vivit. unde et totum corpus obiicit serien-  
ti per capite defensando. Itē ibidem **I**li. Angui-  
bus universis bebes est virus. ex aduerso co-  
tuens. Nec mirum cuicunque oculos non in fronte ha-  
beant sed in temporalibus adeo ut citius audiatur  
quam aspiciant. Itē ibidem. Nullum animal cum  
tanta celeritate lingua agitat sicut anguis. ita  
ei citius mouet eam ut triplicem videatur habere  
relingua. cum tamen non habeat nisi unam. Itē  
ibidem. Serpentum humida sunt corpora adeo ut  
vibicunq; levant viam cuiusdam viscosi et limo-  
si humoris insufficientes et designent. nam vestigia  
serpentum talia sunt ut cum pedibus carere video-  
antur. costis tamen et squamaz repunt nisibus. quod  
a summo guttulis vlsq; ad unum alii dispo-  
sitatis parili modo habent. Nam squamis quasi  
vnguis repunt. costis quasi cruribus innitu-  
tur. unde vibicunq; ledit in corpe ab aliis usq;  
ad caput. debilior reddit ad suum cursum et  
motus circuitum pagendum. quod vibicunq; ille  
ictius inciderit spinam solvit per quam costarum  
pedes et motus corporis agebantur. ut dicitur ibidem  
**I**li. ibidem. Item ibidem. Serpentes diu vivunt  
etiam sine cibo. ut dicitur aristoteles. et tante efficiuntur  
longitudinis diez ut deposita veteri tunica  
senectate deponere tamen uiuentem redire prohibeatur.  
Vnde et serpentum tunice nuncupant exuunt  
eo quod quoniam senescunt eas exuunt quibus exutis  
perstinam redeunt uiuentem. et ideo eorum pelli-  
cule sic exute dicuntur exuie et induvie. eo quod  
exuunt et loco ipsorum alie iterum induuntur. ut  
dicitur **I**li. li. xij. Hodius autem renovationis  
ipsius anguis satius videtur mirabilis. nam ut  
dicit physiologus. Anguis se sentiens mor-  
bo vel senio aggrauatus pluribus diebus ab-  
stinet a cibo et ieiunat ut sic pellis eius a carne  
facilius relaxet. Deinde gustata herba quodam  
amara vel herbe puocata ad vomitum et sic euon-  
uit humorum virulentum qui fuit causa sue in  
firmitatis et defectus. tandem ut cutem rigidas  
ret et mollisceret aqua se balnearat ac bucciat

# Liber

## XVIII

et sic angustam rimā alic⁹ petre seu cavernā querēs prime agustiā intrat et cum quadā violentia transiēs ab exuia penitus se dōcitat ac denudat. et tandem soli expositus se desiccatur in carnis superficie nouā cutē recuperat. sūptis viribus clarius videt. incedit ac repit fortius. ac comedit audi⁹ qz ante depositionē exuie faciebat. istā renouatōnis formā exp̄mit pli. et etiā auīc. qui dicit cū Aris. q totus serpens deponit senectutē. i. senectā pellē. p̄io v̄sqz ad oculos deinde v̄sqz ad col lum et sic paulat̄ se expoliat totaliter infra diem. vt di. li. xiiij. Item ysi. li. xiij. c. iiiij. pita goras inquit asserebat de medulla bois mortui qē spina dorsi angue p̄creari. qd et ouidi⁹ tangit dicens. sūt qui cū clauso putrefacti spina sepulcro. Autari credāt humanas angue medullas z. qd si credit merito evenit. vt sic p̄ serpentez mors homini accidit. ita p̄ bois mortē moritur⁹ serpēs p̄creef. vt di. Iid. Idē di. pli. li. x. c. xlvi. angue inq̄t ex medulla spine hominis gigni accepim⁹. multa ei occultar ceca origie pueniūt etiā in quadrupedū generē z. Item di. Ii. ibidem. Ferit aut̄ q̄ serpēs timeat boiem denudatū nec eū audet cōtin gere. qz uis insiliat in vestitū. Itē h̄m pli. Ieiūni bois sputum serpentib⁹ est venenū q̄ si inde gustauerint moriunt. Sūt et alie p̄ priates anguis mirabiles t̄ signes q̄ ab alijs autorib⁹ assignant. specialit̄ a dyal. aris. et auīc. aliquas ex eis h̄ int̄serere utile iudicau. Dicit itaqz dyal. q̄ in hyemali t̄ pelauit serpentē i tenebris et caverne vbi ex diurna ob scuritate loci eorū visus bebetat. vñali ergo t̄pe qñ incipiūt exire de caverne sentiunt caglinem sed p̄ remedio querūt herbā feniūli vel radicez c̄ pastu tractā excutiūt cecitas tem. Necraudat a remedio. testudo visceribus pasta anguis vel tortuca. cum ei aduer tit venenū serpe querit organū. cui⁹ gustu p̄tra virus anguis inuenit medicinā. Item di. pli. Gluīc. vñ de serpēte aut̄ sic li. ii. Serpēs inq̄t qñ est vorax parumbibit et odit odorez rute. et fugit mustelā qñ sentit eam ruta fore pastā. et qñ olfacit ruta nō p̄t fugere. Co medit aut̄ serpens libenē carnē et lugit ei⁹ būmiditatē sicut aranea lugit muscas. et trans-

glutit oua auū et pullos viuos. et qñ trāsgluttit ea reducit ad posteriora et expellit ipsa et nō p̄mittit ut in ventre morent. Item di. arist. li. ii. Interiora et intestina serpentū sunt silia in testinis aīalium ouantiū quadrupedū. non tñ habet testiculos sed bñt vias. sicut sūt vie pisciū. et matrices bñt longas et diuinas. et sūt eius interiora longa h̄m longitudinē corporis lui. et lingue serpentū sūt nigre longe subtile et in duo scisse et an acute. et ppter h̄ multum exent et sunt faciles ad motū. et vñi serpentis est long⁹ et strictus et silis intestino ampio. et illud intestinū assimilat intestino canis. et bñz post ventrē pūum intestinū pueniens v̄sqz ad exitū supfluitans. et habet cor pūu; iuxta collum sile renū in aspectu et post cor est pulmo in q̄ sunt p̄tes nervosæ subtile et volute dependentes a corde. et post pulmonem est epar longū et extensuz. et sup illud fel sicut in piscib⁹ maiorib⁹. sed in minorib⁹ est fel sup intestina. et splen in serpentib⁹ pūus est et rotūdus. Bentef aut̄ serpentū sunt acuti recurvū aliquātulum et cōiuncti. diuisi tñ h̄m serram et bñt serpētes costas triginta h̄m numeruz diez mensis. et dicit q̄ accidit serpentib⁹ idē qd accidit pullis yrundinū. vt si aliq̄s p̄fora uerit eius oculos et eruerit eos visus iteret. et caude serpentū sicut et lacertoz cre scunt postqz sunt amputate. Itē omnes serpentes ouat p̄mo interi⁹. deinde nō simul s̄ paulatum ejciūt oua ex quib⁹ generant animalia exterius excepto tyro et pipera. Tyrus enim serpēs. vt d. arist. li. ii. nō generat aīalia interi⁹ s̄ p̄mo ouat interi⁹ et ex ill⁹ ouis aīalia generant. et iō dicit ibidem q̄ matrix alioruz serpentū est longa h̄m creationē corporis et incipit matrix eoz a pte inferiori et pcedit superius ex vtraqz pte spine. et dividit in duas partes quasi pietem bñs in illas. et iō sunt oua h̄m acies in matrice et nō ouat serpēs omnia simul sed successiue. Item arist. li. v. Serpentes t̄pe coit⁹ ita ad inuicē se applicant et inuoluūt vñz aspicienti quasi sint vñū corp⁹ bñs duo capita. Item arist. li. iiij. serpens et matrix tyrus qñ translutit aut̄ vel aliquid p̄mo se erigit et postea se restringit quo usqz pueniat interius qd translutit. et h̄ est q̄ ei⁹ stomach⁹

puus est et subtilis et pernit serpentes diu vivere  
sine cibo. quod per serpentibus quos custodiunt  
venditores. Item aristoteles libro viii. Mysalis id  
est mustela pugnat contra serpentes et munit se  
pastic rute. et maxime pugnat contra serpentes  
comendentes mures. quippe vena mures et  
manducat eas. Item libro vii. dicit. quod serpentes  
multum diligunt vinum. et id venant cum eo  
Hinc diligunt lac valde et sequuntur odorem  
eius. et id si alicuius ventre serpens subintrat  
uerit extrahit porest lactis odore. ut dicit idem  
ut etiam dyas. Item aristoteles libro viii. serpentes habent  
per se posse mouere caput ad posterior  
partem corporis qui est causa bini est quod par  
mille spondulum serpentum creant ex cartila  
gine. et propter hoc sunt bone flexionis. Hoc  
fuit necessarium ad aspiciendum retro ut possint  
vertere caput ad aspiciendum corpus suum  
longum atque striculum. aliter enim non possent re  
gere corpus suum nisi iuvarent elevatione ca  
pitis ad totum corporis percaudendum. Item idem  
in eodem. Serpentes natant in aqua per corporis  
inflectiones sicut repunt in terra. non enim de  
dit natura serpentibus pedes ad gradientur.  
cuius causa est corporis nimia longitudine. quo  
niam si babuissent multos pedes cent mali  
motus quoniam essent super pinnulas. similiter si plu  
res alas dedisset valde per quas essent gra  
uis motus. et si ab iniunctis essent remote ad  
sustentandum residuum corpus longum et flexi  
bilis non sufficerent. et ideo quod faciunt pisces ha  
bentes pinnulas ipsarum attractione et aues  
alarum extensione. hoc faciunt serpentes sola  
corporis flexione. Hunc et quidam pisces simi  
les serpentibus in longitudine quam eadem decau  
sa habent pinnulas paucas vel nullas. natant  
corpis sola inflectione sicut murene et pisces  
fastatos qui a nobis dicuntur congruenter mari  
nes sunt anguille et hinc. et ideo quod tales pisces  
sunt serpentibus in creatione similes. habent  
tantummodo duas alas vel pinnulas ante et  
utuntur corporis flexibilitate loco pennarum  
et aliarum. et propter hoc repunt in terra et vivunt  
longo tempore etiam sine aqua sicut vivunt serp  
tes sine cibo. Item idem in eodem. serpentes au  
tem habent vias et intestina a quibus aliquis erit  
superfluitas sicut habent alia animalia generantia

sed non habent viam exiendi urinam. quod carent ve  
sica. Item ibide in eodem. serpentes in uolu  
tur ad inuidem quoniam conueniunt ad coitu et ramo  
rem. quod non habent vaginalis neque testiculos. ca  
rent enim vaginalis quia non habent crura. et care  
nt testiculis propter longitudinem corporis. et si ha  
berent eos in frigidae sperma propter tarda  
tionem sui exitus. et sic esset minus convenienter  
generationi. Item idem in libro viii. Non accedit ge  
nerationi serpentum error et monstruositas  
nisi raro. et hoc accedit propter figuram matri  
cis quoniam longa est et recta atque stricta. Unde et uera  
serpentum sunt disposita secundum aciem propter lon  
gitudinem in matrice. Has et multis alias  
proprietates anguivm et naturas recitat aristoteles  
quas prosequitur ordinem esset longum. sed hoc di  
cta in generali non sufficiant. de uisualibus pro  
partibus et omnibus fere notis infra dicetur  
in litera s.

### De aspide Capitulum. IX

**A**spis est anguis  
Homo et veneno principiosissimus. ab  
aspido aspis dicitur eo quod mos et  
venena immutat mortiferam atque spargat. vos ei  
greci venenum dicitur. ut dicit Isidorus libro xi. c. iii.  
et sequitur. aspidis diversae sunt species. et habent  
disparis effectus ad nocendum. scilicet dipsas qui  
latine titula dicitur. quia quem momordit siti  
interimit et occidit. ypalis est genus aspidis quod  
somnia necat. hunc cleopatra libi apposuit et  
ita morte quasi somno resoluta est. Item emor  
rois est aspis sic dicitur. eo quod illius sugit sanguinem  
quem percudit. et qui ab eo mortalus est dillo  
litis venis fluxu sanguinis vitam finit. grece  
enim emath sanguis dicitur. Item prester est aspis  
horribilis semper ore patente et viruse vaporante  
incedens. de quo Lucanus. Dracones disten  
dens avidus fumania prester. Quicunqz ab  
eo percussus fuerit distendit et enormi infecti  
one corporis necat. ut dicit idem ibide. Item  
seps est mortiferus aspis et tabificus quod cum  
boiem momordit statim eum destruit et co  
sumit ira ut mortuus serpentis totaliter lique  
fiat nec solum corpus sed etiam ossa veneno  
dissipat et eneruat. cuius poeta sic meminit.  
Ollaqz dissoluens cum corpe tabificus seps

ut dicit idem. Sunt et alia genera aspidis multa  
quæstatae eæ virulentia quætia mediatae lacea ve-  
nenositate sua perimunt se tagetem ut dicit  
Aluic. in li. de venenis. quere supra li. v. ca. de  
venenis. De aspide etiæ in genere dicit Isi.  
li. xii. fertur inq; quæ spis cum ceperit pati in:  
cantatorem qui ea quibusdam carminibus  
proprijs euocat. ut ea de cauerna pducatur. il:  
la cui exire noluerit una aurez in terram pre:  
mit. alteraz vero cauda obturat et operit. et  
sic illas voces magicas non audiens ad iac:  
tatem non erit et eius imperio non obedit  
Hucusq; Iudorius. De aspide vero dicit.  
Plinius libro octauo capitulo. xxviii. pculi:  
sa membra ab aspide intumescunt et vir sine  
partiu amputatione que sunt contacte aliquo  
remedio conualescunt. unus autem huic pesti:  
fero angui est sensus vel effectus. compares  
suos coniugali affectu diligunt nec sine com:  
paris consortio bene vivunt. unde alterutra  
interfecta incredibilis plitionis cura altera p:  
sequtur interactor. et illi solum in quantilibz  
spiliagmæ agnoscens infestat. mittitur iterum  
per oes difficultates permeat spacia. nec nisi  
veloci fuga aut amnibz aut fluviis coerces  
qui vultio de morte coparis assumatur. sed  
contra eius maliciam natura dedit remedi:  
um et medelam. hebetem enim dedit ei natura  
visu. nam oculos bzi tibi et non in fratre et ideo  
non poterit videre aduersarii directe sed oblique  
propter quod non poterit bene sequi hostem visu  
sed potius auditu psequitur vel olfactu. nam in  
bis duobz sensibz magis viget ut di. idem. Itē  
dicit marianus quæ aspis non nocet indigenis  
africis et mauris. nam et illi pueros suos quosq;  
senatus habuit suspectos aspidi obijciunt. et si de  
eoy semper fuerit nibil ipsi penitus nocet aspis  
sed statim moriuntur ab aspide si fuerint adulte:  
rini. et hexpisse dicit pli. li. viii. c. xl. Bicit eniz  
sicut quædam alia indigenis sunt innoxia quæ in:  
terim alienos. sic serpentes pcount mirifice  
illis quæ de terra oriuntur sic angues circa eufra:  
tem tre incolas non ledunt nec infestant dor:  
mientes. alios autem cuiuscunq; gentis boies  
crucianteos auidè occidentes. Bicit etiam ibi  
de pli. quæ Iris. traditum quædam mōte a scorpioni:  
bus hospites non ledi. sed indigenas interi:

miet occidi.

De aranea Ca. X

**H**anc ut di. vsl. li. xiiij. vmis est aeris ab aeris nutri:  
meto noxiata. quæ eriguo corpe longa  
fila deducit et teles pintera nunq; definit a la:  
bore ppetuum sustinet in suo ope dispendiuz.  
quæ se ad modicū flatu venti aut pluie stil:  
licidu rumpit tela sua. et tunct totaliter pbit la:  
boré suu. Bicit autem quæ aranea est modi:  
cum aial reptile multipes. sex vel octo hñs pe:  
des quæ spbz pares et nonq; impares. et hñs  
necesse ut spece ei incessus equus sicut et ipm:  
on. et hñs gñiale in hñibz duos vel plures  
pedes. bza autaliquæ pedes longiores et qsdaz  
breuiores. ppter diversas quæ facit operationes.  
nam cu quæbusda fila sua subtiliat et in longuq;  
p:trabit. cu quæbusda vno pter fila necit. cu quæbus:  
da vno pter filia repit et quæ vult in tele superficie im:  
mobilitate suspedit. maxie autem alia annu:  
losi corporis viget in aranea sensus tactus. Ut  
resides in tele sue medio subito sentit musca  
telaz in pte remotissima pringente quæ subi:  
to inuadit et aggredit tanq; hostem. de quæ si trist:  
phare potuerit eam ne evadat in tele sue fila  
multipli circuoluit. et primo capiti insidens  
ei hñditatem fugit. et de tali muscam venatõe  
vivit. nam ei gustabile pprie est talis hñs or sicut  
gustabile apis est mel sicut dicit idem aristoteles.  
Itē in genere aranearum diversitas sex ut di.  
aris. li. v. rest ferme maioris corporis quæ masculi  
s. et pedes bzlæiores flexibiores et abilio:  
res ad motu et ad texturam. Et sicut di. idem li:  
bro. v. Tpe coit et amoris feia attrahit mare  
pila tele. et post masculus feiaz et non cessabit  
attractio donec piungantur. et masculus ponit  
sup ventre feie. et iste modus est eis necessarius  
ppræ ventris rotunditatē. et ista piuccio marie  
est in fine veris et in principio hyemis. et tunc marie  
sunt nocue et earum pucture ampliæ venenoze.  
Itē aris. li. viii. Genera aranearum sunt multa. nam  
quædam sunt pue et diversi coloris et sunt acute et  
velocis motu. aliæ sunt maiores et colore nigre.  
et eaz crura anteriora sunt longiora et tardio:  
ris motu nisi quæ coitu stimulat. et nigre solent

texere iuxta terrā int̄ foramina et manent in  
textura sua quā aliquā incidentib⁹ bestiola si  
cūt mulca quā dephendit. et si hñt famē su-  
gunt ei⁹ humiditatē. et tunc deferūt ad locū  
suū vbi deponūt et reseruāt eā donec iterum  
elurie patiant⁹ et qñ totā hauserit humiditatēz  
Dejicit residuū et reuertit ad venandū et n̄ ve-  
nas. quālqz repet qđ ruptuz est de texture. et si  
qđ rupit texture incipiet ipsam reparare circa  
occasuz solis l̄ circa ortū. et tūc marie laborat  
qđ tūc plures bestiole incidit in texture. et fe-  
mina parit et venat et masculus iuuat eā. **G**lb  
scondit aut̄ se in texture vt sub tela ne a besti-  
olis videat. et marie qñ est magna. qđ pp̄t ei⁹  
magitudinē nō defacili operi. Facit enā feia  
oua p̄mo ex quib⁹ modice aranee h̄z format  
et statim qñ p̄iunt ponit eas in texture. et sta-  
tim se mouet et disponit ad teperduz ac si in  
vtero maīno sint instructe ad venanduz. vñ  
statizaptā rberta puenētia p̄de sue. et sp̄es  
qđam araneaz que venant lacertū puum et  
incipit texere sup ipsum quālqz liget ei⁹ orifici-  
cium ligatōne fori et tūc saltat sup eū et pun-  
git quālqz morias. Itē in eodē enā dicit idem.  
qđ sepe inueniunt qđaz aranee in aliuearibus  
apum et ille corūpunt mel et sugūt liquore et  
sic circa fauos faciūt textures et corumpūt  
eos. Itē di. auic. et pli. de generatōe araneaz  
li. ri. c. xxv. Araneaz natura p̄cipua admirā-  
tione est digna. cui⁹ plura sūt genera inter qđ  
est qđam que d̄ spalangio. cui⁹ corpus est  
erigūt. varium. acuminatū. velox ad saltuz.  
norium bñs morsum. Illia est sp̄es maioris  
corpis et nigri coloris et cruris lōgioris cauer-  
nasib⁹ texens in angul' iuxta terraz. Tertia  
est sp̄es qđ erudita cōpositōne p̄spicua terit  
telas. Admiradū est tñ qualitanto op̄i sus-  
ficiat materia lanigera qđ de aranee vtero ad  
tante tele texture paulatūm ut credit extrabi-  
tur et in eius vter⁹ vix a tali materia vacuus  
iuenit. Nec videt cē vez qđ dixit democrit⁹  
qđtā esset veniris aranee corruptela. vt ex  
e⁹ egestione tanta fertilitas lanifera generet  
vñ et democritū reprobat. **A**ris. li. viii. qđ dicit  
eum in h̄ veritatez nō dixisse. Cui⁹ videt esse  
ratio. qđ aranee et alia hm̄i anulosa modi-  
ci sūt nutrimenti et pui cibi pp̄t defectuz sang-

nis et caloris. vñ cum aranea non tantū cibi  
capiat qđn incōpabilitad p̄paratiōz tele cōti-  
nue plus emittat. maior et supflui emissio  
qđ cibi sumptio et maior ē egestio supflua qđ  
digestione necessaria ad p̄seruationē debitam  
aialis. vt dicit **A**ris. vel **G**lb. Itē pli. di. **M**o-  
derato vnguerotundū et teres educit filum  
et miro artificio deducit stamina ab imo ad  
supmū. et itez deducit transuersalē de pucto  
ad punctū linearī distantia filū suum. et oēs  
lineares tracie quasi in punctuali medio in  
equali distātia a centro copular et p̄nect. De  
ducto aut̄ stamina ut ibidē di. **P**li. terere in-  
cipita medio circuato orbe adnectēs subte-  
gmina et maculas adnectens sp. et quasi reti-  
culariē p̄ paria inualla que in uallū clata fo-  
ramina miro artificio sunt. nunc quadrata.  
nū coblōga. nū crotunda. et atō strictiora qñ  
to sūt viciniora medio. et atō latiora qñ to re-  
motiora sunt extremo. Quo aut̄ medio filū  
filo tā indissolubiliter iungat et noduz nodo  
applicet et p̄nectat visus nō indicat et rōnis  
iudicū vix affirmat. **M**ira aut̄ levitate per  
fila sua qđ humanis visib⁹ viri sunt pūia se ele-  
uat et quasi volet bincinde se trāferens locū  
mutat. Itē di. idem. qđ qđ diu extrema tele fila  
durant si casu aliq̄ rumpat ipsa tela. semper  
a medio incipit restare qđ ruptū est. qđ nibil  
iudicans in corpe tele esse integrę qđ diu medi-  
um nō est firmū. Itē dicit idem. qđ in eis sūtau-  
guria. nam sūm qđpa sunt futura ali⁹ vñ sub-  
limi solent cōponere fila sua. Itē ibidē d̄. qđ  
multitudo araneaz signū est inundationis  
pluuiaz. Item li. ri. c. iiij. de lesionē fūcum.  
dicit qđ aranee qđā circa germina vineaz et  
etiam flosculos arboz faciūt textures ex qđ  
circuolutione pereunt arbores et vinee qñ sūt  
in germine vel in flore. **M**orsus spalangio-  
nis est mortiferus et venenosus nisi ei ciuitas  
succurrat. **G**edē vñ enē extinguit vis plā-  
taginis si debito mō apponat. et iō v̄mes alij  
vt lacerte et botaces puncturā aranee formi-  
dantes succo plātaginis se tuent. vt di. **P**li.  
**H**yal. et **A**uic. in ca. de venenis et mac. **A**ra-  
neaz aut̄ tela vt di. arist. et pli. ex eaz visceris  
bus qđammō nature artificio generat. sub-  
tilissima cōpositione cōterit more rhetis cō-

ponit et parat, filis subtilissimis conectit, et hinc a muscis et alijs bestiolis quibus tendit per grossiciem videat. Cuz labore quidem ponit sed miro modo faciliter dissipat, igne non sustinent, ventum timent cuius impetu tela rupitur et subito denudat. Et quia venenosa sit aranea de cuius egreditur visceribus tela venenosam non est quoniam multis visibus medicina utilis reputatur. Nam ut dicitur dyas. Tela aranearum alba et munda puluerulentis sordibus non admittit vires habet, pungentes et glutinantes et refrigerantes, id est sanguinem restrinxit a vulnero defluente supposita vulneri, peribit fieri saniem et sanat plagam recentem, et pabet inflaturam sanitatem vulneris retardantem. Est autem genus araneae quam spalanam vocant, ut dicitur. Pli. li. xxix. ca. viii. et est hec aranea similis formice sed longior corpori sum bini caput, reliquum corpus nigri est color, respersum albis guttulis, acerbior est eius ictus quam vipere. Vivit autem iuxta furnos et molas, cuius contra ictum est remedium aliam eius generis ostendere sic presul. et ad hoc conservant cum mortue inueniunt quarum cortices contriti et potati medentur mortui muste. Est autem aliud genus lanuginosum grossum capite, et dolor pungit eum sicut scorpionis, et eius mortuus genua labefactant et accedit caligo et vomit. Est etiam aliud genus araneae nomine mirmicaleon siue mirmiceon, quod alio nomine de formicaleon, formice similis capite albo binis nigrum corpus distinctum maculis albis, cuius morsus vespaz dolore torquet, et de formicaleo. quod formicas venat ut leo, et eorum sugitur humiditate sed a passeribus devoratur et ab alijs aulibus ut formica. Remedium autem pro morsu oīm aranearum est cerebrum gallinaceum cum exiguo pipis bibitum cuius vino dulci. Itē coagulum agni potatum cuius vino sanat morsus aranearum. Item facit cinis vngule arietine cum melle. Item mulce prite et posite super mortuum extrahunt venenum et mitigant dolorem. Hunc et alia remedia que enumerauit, sed bec sufficiant. Dicitur tūli, eodem. c. vii. aranea longa et candida tenues binis pedes contrita in veteri oleo de soluere albuginem oculorum et.

De ape Ca. XI

**H**ec multipel et breve inter omnia animalia anulos et insectu corporis in multis obtinens principatus, ut dicitur pli. li. xi. ca. vii. primitus sui corporis recopensat ingenij magisudo, quia autem possit in volatilia apud tari, in quo pedibus unius in quibus est vis progressiva merito potest in gressibilia nuerari. Nec vero proprietates superius li. xii. positas sublitera a. alie sunt hic ponende quas recitat pli. li. bro. xii. ca. vi. sic dicens. Inter omnia est admiranda apud solertia qua mella contrahunt suumque dulcissimum subtilissimum et saluberrimum in fauos ponunt, et ceram ad usum vite humane pugilem opando perficiunt, hyeme latet et recondunt, quod vires non habent ut in iubibus priuatisque resistant ac flaubus aeronis. In vere autem cum sentiunt fabas florentes ad opera erexit et labores nullaque licet vacare ocio perbosides. Primo fauos constituant ceramque fingunt domosque accessellas faciunt, deinde sobolem et postea mella perficiunt et coponunt, tectum autem alvearis sui lacrimis et succis arborum gumenosum binum per totum linunt, et contra aliarum bestiarum auditates se mununt put possunt, feces si fuerint nimis late pungunt et eas succis predictis liniunt, primo autem per fundamento sui opis crustulam quandam ponunt tamari sapientem quam multi comedunt vocant, deinde faciunt aliam dulcioram que cere est est initum quam multi dulceros vocant, tercio ponunt materiam grossiore, que fauorum est stabilimentum et illam materiam perpolim multo vocant, et ista triplici tela a frigore et alijs in iuriis muniunt fauos suos. Non insident fructibus, sed a floribus non marcidis, sed recentibus recolligunt materiam exqua mel et ceram coponunt, quoniam autem flores vicini sunt consumpti mittunt speculatoribus ad posteriora pabula regrenda, et si apprehenderit eas nos in expeditione excubant supine ut alas suas prestant a pluvia et a sole, ut factio mane expeditius volunt ad opus suum binis alas suas siccass et expeditas ad volantem. Ordinat excubias suas more castorum nocte quiescentibusque manu donec

vna oēs excitet, gemino aut tripli bombo  
ut buccino aliq tunc vniuerse puolat si dies  
fuerit muis futur⁹. p̄duināt ei ymbres ⁊ vē  
tos ⁊ tunc lētūnent infra tecta. Qñ p̄sciunt  
celi temperie futurā cū agmine pcedunt ad  
opa. ⁊ tuc alie flores aggregat pedibus. alie  
aquā ore gutalqz lanugine tot⁹ corporis sil  
portant. adoleſcētores vō ad opa exerit ⁊ cō  
ueniūt ⁊ afferit supdicta. seniores vō intus  
opant. Que flores cōportat p̄mo onerāt pe  
des anteriores ⁊ post alios donec rostro ple  
no remeēt totali onerate. Excipiūt at sicut onu  
sta trine vel qñne eas qz exonerāt s̄m q̄nt⁹  
sūt ordinate. eo ⁊ ei officia sūt diuīsa. alie enīz  
dom⁹ p̄struūt. alie poluūt. alie cibū parāt ex  
eo qdallatū est. nō ei spatiū vescunt ne inē  
q̄litas cibi tpis ⁊ opis fiat inē eas. Iauos line  
alie ⁊ ordinate pponūt ⁊ in supiori pte suspē  
dūt. Ceras cadētes fulciūt p̄mas lineas pax  
replent de melle. nouissimas autē marie solēt  
adimplere. Apes at gerule q̄ necessaria pue  
bunt tūmēt venti flat⁹. et iō volantiuxia traz  
et qñ se onuster edēt ne aliq flatu impediāt  
et qñqz lapill se onerant ut lapilloz gūitate  
sint ⁊ venti ipetuz magis fire. Hirra inē eas  
est obseruātia discipline. nā inertiā cessantū  
ab openotāt. ⁊ eos mor⁹ castigat. imo morte  
puniūt opari nō curātes. Hirra inē eas est  
mūdicia. nulleqz inē opa sua spurcie pmit  
tūt. Egestiones apū q̄ opant int⁹ ne longe  
recedat alie pgerit in locū vnu ⁊ reiūnt de  
alueari. Qñ abuespascit intrāt in domos su  
